



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

12 De fide instrumentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

ad falsa testimonia attraxisse, vel corruptione sollicitasse, vsq; ad exitum vitæ non debet communicare. *c* Aliter vtrisque & falsis testibus & sollicitantibus imponitur pœnitentia ieiunii in pane & aqua quadraginta dierum, & alia septem sequentium annorum. *d* Si quis ex reuerendissimis aut presbyteris, aut diaconis, inuentus fuerit pro pecuniaria causa falsum dixisse testimonium, sufficere debet, vt pro verberibus separentur a sacris ministeriis, & tradantur monasterio; pro criminalibus autem, si falsum dixerint testimonium, clero nudati, legitimis pœnis subdi debent; reliqui autem ecclesiasticorum ordinum, pro falso testimonio in ciuili causa dato, ab ecclesiastico gradu repelli, & verberibus subiici. *e* Falsidicus testis, tribus personis est obnoxius; *f* primum Deo, cuius personam contemnit; inde iudici, quem mentiendo fallit, postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Vterque autem reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. *g* Quamobrem quia falsus testis Deum offendit, pœnitentia ei iniungitur, pro periurio, septem annorum. *h* Et quia delulit iudicem, infamia notatur, i verberibus castigatur, & alii que pœnis extraordinarie pro modo falsi punitur; *i* in quo autem proximum læserit, in eo & ei condempnabitur. *m*

Atque sententia per falsa instrumenta & testimonia lata, debet retractari falsitate detecta, vsq; ad viginti annos; *n* nec debet mandari executioni, si de illa falsitate aduersus eam excipiat, *o* habebitur tamen pro sententia quoulsque constet de falsitate. *p*

SCHOLIA.

a *can. abiit Iudas*, 83. sub 11. quest. 3. diuus Thomas, lib. 1. de regimine principum, c. 7. dicebat inter omnia terrena videri esse precipuū, testimoniū de veritate reddere.

A b *can. si quis coactus*, can. 7. 22. q. 5. ex concilio Matifconensi. c. 17.

c *d. can. si quis conuictus*, & Gelasius Papa, in can. 4. si quis peierauerit, 32. q. 5. Qui etiam vsus est falsis testibus, vel interrogatus dixerit, se velle vti eorum testimonio, iure causa sua cadit, vt qui responderit falsis instrumentis, se velle vti, Matth. de Afflict. decif. Neapolitana 189. incip. facta publicatione, num. 4. iuxta l. si aduersarius, C. de fide instrum.

B d *can. si quis peierauerit*, 22. q. 5.

e *can. quia iuxta*, 3. §. 5. q. 6. in c. 20. §. reuerendissimis, nouel. 120. de sanctis. episc. aut presbyteris, C. de episc. & cler.

f *Hec & quæ sequuntur posita sunt in ca. 1. de crimine falsi. lib. 5. tit. 20.*

g *dict. c. 1. de crimine falsi. & can. quisquis*, 11. q. 3.

h *can. quicumq;*, 6. q. 1.

C i *can. quisquis conuictus*, 12. q. 5.

k *can. illi qui*, 5. q. 5.

l *Nā durante lite, index potest esse falsum punire, l. nullū, C. de testib. & causa etiā finita potest fieri lege Cornelia, de falsi. l. 1. ad l. Corn. de falsi. P. & aliquando quoq; l. Corn. de fide. accusatur, l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fide. P. & punitur conatus seu falsum testimonium, etsi ad illud nihil fuerit secutum.*

m *Argum. can. nihilominus*, 3. q. 9.

D n *c. c. m. venerabilis, de except.*

o *cap. 2. de crimine falsi. l. si prator, de iudic. P.*

p *cap. accepimus, de fide instrum. quia nisi manifesta sit falsitas, non poterit suspendi executio secundum distinctionem, ca. pastoralis, de offic. deleg. & ca. de catero, de de sent. & re iudic. semper enim presumitur pro sententia, quandiu obiecta non probantur.*

E DE FIDE INSTRV-

MENTORVM.

TIT. XII.

a *Exstat titulus de fide instrumentorum, lib. 2. decretalium, c. 22. & lib. 22. P. tit. 4. de fide instrum.*

ment. & lib. 4. C. tit. 22. de fide instrumentorum
 & amissione eorum, & de apochis & antipochis
 faciendis, & de his qua sine scriptura fieri pos-
 sunt, & lib. 10. C. tit. 3. de fide instrumentorum,
 & iure hasta fiscalis, & de additionibus, & eod.
 lib. 10. tit. 22. de apochis publicis, & descriptioni-
 bus curialium, & tit. 69. de tabulariis, scribis,
 logographis, & consualibus, & nouella Iustina 67,
 ut prapronatur nomen imperatoris documentis,
 & ut Latinis literis apertius tempora prescri-
 bantur, & nouella ite 73. cuius inscriptio conti-
 net summam eorum, qua ibidem explicantur in
 hac verba, de instrumentorum cautela & fide,
 & primum de deposito & mutuo, & alius docu-
 menti priuate quidem scriptis habentibus autem
 testes, & de non habentibus testes, & de instru-
 menti publice confectis, & de collationibus ma-
 nus propria scriptura, & de expositis instrumen-
 tis ab illiteratis aut paucis literas scientibus, &
 de non scriptis contractibus, & de contractibus
 usque ad unam libram auri, & de contractibus
 qui in agris fiunt, & ut in documentis & con-
 tractibus futuris locum habeat lex. Eo etiam per-
 tinet nouella 44. de tabellionibus, & ut proto-
 colla dimittant in chartis.

CAPVT I.

Coniunctio tituli, & de appellatione
 instrumenti.

PROBATIONES testium & instrumento-
 rum in exercendis litibus æquiparan-
 tur, a & aliquando eodẽ nomine testes per
 instrumenta continentur; b quamuis pro-
 prie in multis distinguantur. c Instrumen-
 torum etiã nomine hic intelligimus scri-
 pturam, qua instruimur & docemur de ali-
 qua re, cuius & appellatione continen-
 tur principum rescripta seu literæ, d sen-
 tentiæ, e epistolæ, testamenta, libri ratio-
 num, & alia quæ scriptura fiunt.

SCHOLIA.

- a l. in exercendis, C. de fide instrum. l. non fi-
 gura. de actio. P.
 b Instruunt enim negotium & iudicem te-
 stis, ut instrumenta. Ideo & instrumento-
 rum nomine continentur aliquando ex la-
 ta significatione, ca. peruenit, de testib. co-
 gen. c. forus, de verb. significat. c. praermit-
 tatis, c. ex literis, de frigid. & malefic. l. no-

tionem, §. instrumentorum, de verb. sig. P.
 & in l. 1. de fide instrum. P.

c Ex stricta significatione diuersa sunt, cap.
 cum Ioannes, de fide instrum. can. forte, in
 fine, 2. 4. 9. 4. Et ita primo loco distinguen-
 tur in nomine ex l. fidem, C. de codicil. &
 sunt separati & diuersi tituli, de testib. &
 de fide instrumen. de hinc 2. post publica-
 tionem attestationum, ut superiori titulo
 docuimus, regulariter testes produci ne-
 queunt; instrumenta vero possunt ante re-
 nuntiationem productionum, & ante con-
 clusionem in causa, ca. cum dilectus, de fi-
 de instrument. Tertio instrumenta in an-
 tiquis probant, qua probari non possunt per
 testes vna voce, Speculator tit. de probat.
 Quarto quedam negotia pro forma pro-
 bante scripturam desiderant, ut dicemus
 paulo post, & ideo in illis testes non suffice-
 rent.

d c. litera, c. quod super his, 7. de fide instrum.
 l. 1. de mandat. princip. C.

e l. 1. & 2. de senten. ex breuiculo recitan.

CAPVT II.

Distinctio instrumentorum.

SCRIPTURARUM & instrumentorum que-
 dam publica & authentica per se firma
 & approbata, a quædam per se plenam fi-
 dem non faciunt. b Authentica scriptura
 est, quæ per iudicem vel manum publicam
 cum trium aut duorum ad minus testium
 subscriptione vel testimonio facta est, c
 vel per manum duorum proborum viro-
 rum, d vel quæ habet sigillũ authenticum;
 e item & talis scriptura quam facit priua-
 tus in præsentia trium testium. f Species
 sunt instrumentorum, apocha & antipocha. g

SCHOLIA.

- E a Hoc enim significat *αὐθεντικὸν*, authenticum
 Græcis, id est, probatum ab his, qui possunt
 & debent; unde & authentica tabula in l.
 4. familia eriscun. P. & authen. rationes,
 in l. Pomponius, eo. tit. & c. 1. de fide instru.
 lib. 2. tit. 22. si authenticam, inquit, scri-

Ggggg 3

pturam non videmus, ad exemplaria nihil A
facere possumus, & can. dicenti, 25. q. 2.
b Ita instrumenta domestica, dicuntur scri-
ptura priuata, l. instrumenta domestica,
5. de probat. C.
c Hac sententia datur & probatur per glossam
primam ad d. c. 1. de fide instrum. per c. 2.
eiusdem tituli. Probatur & per §. sed &
instrumenta, seu c. 5. de instrum. cautela
& fide, nouella 73. manus publica dicitur
notarius & seruus publicus, l. 2. rem pupil.
saluam fore. In iudiciis tamē acta valent,
& fidem faciunt expedita per amanuen-
sem iudici, sine testium subscriptione, l. 3. 1.
C. de donat.
d ut in c. quoniam contra, de probat.
e c. 2. de fide instrum. ca. post cessionem, de
probat. & statur sigillo episcopi, donec con-
trarium ostendatur d. c. post cessionem, &
can. cura, 1. 1. q. 3. id ipsum in sigillo capituli,
cap. 3. de probatio. can. in nomine patris,
in fin. 73. dist. & in sigillo principis secula-
ris, iuxta consuetudinem per quam ei cre-
ditur, c. cum dilectus, de fide instru.
f §. si tamen quisquam, nouell. 73. de instru-
men. caut.
g Apocha seu *ἀποχὴ*, est Latinis receptio, vul-
go quitantia, nempe scriptura, qua credi-
tor confitetur, se recepisse pecuniam debi-
tam a debitore, de qua in l. si acceptola-
rium, de acceptolatio. P. l. apocha, de fide in-
strum. exstat titulus de apochis lib. 10. C.
tit. 22. meminis & rubrica 21. lib. 4. C. de
fide instrumentorum & amissione eorum,
& de apochis & antiapochis. & ibid. l. plu-
res, 18. Antiapocha est scriptura, quam fa-
cit debitor creditori in praestationibus cri-
minis. Sic gloss. ad dictam l. plures, ad ver-
bum, apochis. Apocha, inquit, est de re-
ceptis, puta confiteor me recepisse tantum,
& a creditore sit, & datur debitori, ut in
l. fin. §. Tuus, de conditio. in debiti. l. qui
tabulas, & apocha, de furt. antiapocha est,
de solutis a debitore, & sit ita, confiteor me
tantum usurarum nomine vel pensionis
soluisse, & datur creditori.

CAPVT III.

- 1 De quib. fiat scriptura seu instrumentum
ex placito.
- 2 Necessaria in electione.
- 3 Excommunicatione, interdicto, cessatione
officiorum.
- 4 Priuilegiis, mandatis, alienatione rerum
ecclesie, & c. 5. 6. & in aliis.

Nihil est fere in rerum natura, de quo
ut dici, ita scriptura fieri non possit;
verum diuersa ratione. Nam quædam scri-
buntur, quæ alioquin sine scriptura recte
geruntur, vel ex placito scribingentium, a vel
ad futuram rei memoriā perpetuandam. b

Alia autem quædam pro substantiali
forma scripturam desiderant. c Veluti si
agatur de antiquo facto, quod testib. pro-
bari non potest, d si agatur de electione, e
vel de eius impugnatione, seu de interces-
sione seu oppositione aduersus eam. f

C Aut de sententiæ excommunicatione, 3
aut interdictis, g vel de concessione pote-
testatis eligendi Senatorem vel Capita-
neum vel Rectorem vrbs Romæ ex per-
sonis prohibitis. h Quando etiam cessatio
diuinorum officiorum fit, necessarium est
publico authentico instrumento causam
& personas, ob quas fiat cessatio, perferri-
bere. i

D In priuilegiis quoq; scripturæ tenore se- 4
quendus, k & in mandatis principum scri-
pturam desideramus, l & in alienatione
rerum ecclesiasticarum. m

In facultate seu licentia accipiendi or- 5
dines ab alieno episcopo dimissoria litera
requiruntur. n

Scriptura item exigitur in appellatione 6
ab interlocutoria; o in definitione seu sen-
tentia visitationis faciendæ prouinciæ; p
in variatione procuratoris, q ab irratione
hæreseos, r legatione, s voti regularis pro-
fessione, t expositorum puerorum colle-
ctione, v in baptizandorum susceptione,
vbi nomen inscribi debet; x in prelaturæ
renuntiatione, y in testatione ordinatio-
nis

nis data clericis peregrinari, vel alio transi-
re volentibus. z In ordinatione serui, quæ
fieri nõ debet, nisi prius data & lecta char-
ta libertatis concessa. *aa* Quemadmo-
dum & requiritur in manumissione facta
seruorum ecclesiæ ab episcopo, *bb* in le-
gum cõstitutione, & quo nomine ius scri-
ptum a non scripto distat. *cc* Exigitur & vt
libellus, qui aduersario in lite mouenda
offerendus est, scribatur; *dd* quemadmo-
dum & criminis accusatio libellum exigit. *B*
ee Vocatio etiam ad synodum iuxta decre-
ta patrum canonica, eius, qui impetitur, ra-
tionalibus scriptis, per spatium fieri debet
congruum & canonicum. *ff* Literatorie
etiam vocatus episcopus ad synodum, de-
bet, si nõ potest venire, se excusare. *gg* Sed
& sententiæ, de negotiis potissimum ar-
duis, debent in scriptis a iudice profer-
ri. *hh* Sicut & in appellatione literæ di-
missoriæ, seu Apostoli debent interueni-
re, & dari a iudice, a quo appellatur, quib.
significet appellatũ, & a quo, superiori iu-
dici. *ii* Liberti ecclesiæ insup debent chartis
profiteri, quod sint ecclesiæ; ne pereat ex
longinquitate tẽporis eorum pbatio. *kk*
Qui etiam habent administrationem be-
neficii, aut beneficium possident, si quid
acquirant ex rebus seu fructibus ecclesiæ,
nomine ipsius ecclesiæ debent curare scri-
pturam acquisitionis fieri; *ll* ideo & mor-
tuo episcopo inuentarium fideliter con-
scribi debet, de rebus penes illum inuen-
tis, vt quæ ecclesiæ sunt ei seruẽtur, & suc-
cessori in beneficio, & alia hæredibus de-
functi. *mm* Testamentum etiam solemne,
iure ciuili scripturam necessario requirit.
nn Sunt & alia plura eius generis, quæ ex
eodem iure ciuili cognosci possunt. *oo*

S C H O L I A.

a Veluti quando contractus sit emtionis &
venditionis, & placet de eo, vt in scriptu-
ram redigatur; nam quamuis valida sit
emtio per se sine scriptura, simul atque de
pretio conuentum fuerit; tamen postquam

- A* placuit scripturam de eo fieri, nõ prius va-
lebit quam scriptura de eo fuerit in mun-
dum redacta. §. 1. de emtione. apud Iusti-
nia. l. contractus, de fide instru. C. facit no-
uella 73. Aliud exemplum in l. 1. & 2. de
iure emphyt. idem de similib. ca. 2. de pact.
c. contractus, de reg. iur. in Sex.
- b* cap. 1. de renuntia. in Sexto. lib. 1. titul. 8.
cap. ad Apostolica, de re iudic. in Sexto. l.
contrahitur, de pignor. P. in subscriptione,
l. pactum, C. de pact. antiquorum memo-
ria melius per scripta tenetur, c. tertio loco,
de probat. omnium meministi, & in nullo
penitus errare potius diuinitatis quam hu-
manitatis, l. 2. §. si quid autem, de veteri
iure enuclean. C. cap. vt nostrum, vt eccle-
siastica beneficia sine ulla diminutione
conferantur. Sic non est de substantia, vt
extrauagantes seu constitutiones summi
pontificis redigantur in scripta, vt dispu-
tat Ioan. Andreas ad regulam nemo po-
test, de regulis iur. in Sexto. Rota decisio.
238. per glo. in l. 1. C. de legib. Panorm. ad
cap. 1. de postul. de illis tamen fit scriptura
ad futuram rei memoriam perpetuam, d.
c. 1. de renunt. in Sexto. & si dubitatur, de-
bet produci sub plumbo in forma authe-
tica, vt ait Franc. de Paninis in proæmio
extrauagant.
- c* Notantur casus in c. 1. §. postquam autem,
ad verba in scriptis, de censib. Matih. de
Afflict. decis. Neapolita. 398. Panor. ad c.
2. de probat. Alex. consi. 95. volu. 4. Felin.
ad rubricam de constitu.
- d* c. cum causam, de proba. c. ad audientiam,
de prescript. l. census, de probat. P.
- e* ca. qui propter, de elect. debet enim fieri &
proferri in scriptis electio, can. quanto, 63.
dist. can. legum, 2. q. 1.
- f* c. vt circa, 4. de elect. in Sexto.
- E* g cap. 1. de sentent. excommunicat. in Sexto.
cano. cura, 11. questio. 3. dicto can. legum,
2. quest. 1.
- h* c. fundamenta. §. digne, de elect. in Sex.
- i* c. si canonici, de offic. ordina. in Sexto.
- k* cap. porro, cap. recipimus, c. petistis, de pri-

- uileg. lib. 5. tit. 3. c. accepimus, de fide in-
strum. ca. cum & plantare, eo. §. si quis au-
tem, de mand. princ. in nouellis, ca. cum di-
lecta, de rescript. nemini enim credendum
est dicenti se habere priuilegium, nisi illud
ostenderit, ca. cum in iure, de offic. delegat.
cap. cum capella, de priuileg. can. contra mo-
rem, 100. dist.
- l** l. 1. C. de mandat. princip.
- m** can. sine exceptione, 12. q. 2. cano. hoc ius,
can. casellas, 10. q. 2. c. 1. de his qua fiunt a
Pralatis sine consensu capit.
- n** can. extraneo, 70. dist. dist.
- o** c. 1. de appell. in Sext. lib. 2. tit. 16. ibique
appellandum ad Papam, in scriptis & ali-
bi. can. post appellationem, 2. q. 6. quod in-
troduitum fuit, ne uersandi deur occa-
sio in forma appelladi, can. saluberrimum,
1. q. 7. can. omnes femina, 2. q. 1. can. vi-
dua, 20. q. 1. sic & placuit appellantem in-
stanter petere debere Apostolos seu literas
dimissorias, a iudice, a quo appellatur, d. c.
1. & c. adeo, de appel. in Sext. clem. quam-
uis, eod. tit. l. unica, de libellis dimissor. P.
l. dimissoria, de verb. signif. P.
- p** c. 1. §. postquam, de censib. in Sext.
- q** c. 1. de procura. in Sex.
- r** cano. ego Berengarius, de consecr. dist. 2. c.
legum, 2. q. 1.
- s** In qua delegationis scriptura requiritur,
can. nobilissimus, 97. dist. etiam si sit dele-
gatus Papa, ca. cum in iure, de offic. deleg. l.
unica, de mandat. prin.
- t** d. can. omnes femina, 2. q. 1. can. vidua,
20. q. 1.
- v** can. si expositus, 87. dist.
- x** can. baptizandi, de consecrat. dist. 4. c. le-
gum, 2. q. 1.
- y** can. sicut vir, §. ecce, 7. q. 1.
- z** Dabantur enim litera formata, de quibus
tota 73. dist. requirebantur, & litera in c.
extraneorum clericorum susceptione, ut in
c. nullus, & can. transmarios, 93. dist.
- aa** can. 2. nulli, 53. dist.
- bb** can. episcopus qui mancipium, 12. que-
stione 2.
- ac** Quando promulgatur, can. quod quis, 35.
quest. 9. can. bene quidem, circa medium,
96. dist. can. lex est, 1. dist. §. constat au-
tem, de iure natur. gent. & ciuil. l. huma-
num, C. de legib.
- dd** authent. offeratur, de litis contesta. C. can.
inducta, 4. §. offeratur, 3. q. 3. tit. de libelli
oblato. lib. 2. tit. 5.
- ee** can. quisquis, 2. q. 8. can. legum, 2. q. 1. l.
libellorum, de accusat. P. cum similib. Illa
scriptura solemniter & subscripta est neces-
saria presentis; alioquin enim non licet ab-
sentis absentem per scripturam accusare, c.
relatum, 5. q. 2.
- ff** can. 1. uocatio, 5. q. 2.
- gg** can. placuit, 10. 18. dist. ubi tamen glossa
notat, & per nuncium expressum dignum,
cuique credi possit, posse se excusare, ut in
can. nobilissimus, 97. dist. ca. prudentiam,
de offic. delega. c. ex parte, ca. scienciam, de
rescript.
- hh** can. in primis, 1. §. fin. can. statutus, 8. can.
legum, 9. in fin. 2. q. 1. §. hac lege 2. l. statu-
tis, 3. de sent. ex peric. recitan. lib. 7. tit. 44.
nisi breues sint lites, & maxime uiliu per-
sonarum, & minorum causarum, in qui-
bus scriptura non ualde desideratur, quia
sine scriptis & sine aliqua expensa, de his
iudex debet cognoscere, authent. nisi bre-
ues, de sentent. ex peric. recitand. C. & cap.
3. nouelle 17. & nouella 83. aut nisi epi-
scopus cognoscat inter sibi subditos, ut ibi-
dem dicitur; nam inter illos sine scriptura
iudicare poterit. cano. si quis cum clerico,
11. q. 1.
- ii** can. post appellationem, 2. q. 6. l. unie. de
libellis dimiss. lib. 49. P. tit. 7. uel literis si-
gnificabit, quare non receperit appellatio-
nem, l. si dudum, de appell. recip. P.
- kk** can. longinquitate, 64. cano. sape fit, 72.
2. q. 2.
- ll** Nempe ut post mortem eorum ecclesia
quasi percipiat, can. 1. sacerdotis, 2. q. 4.
& quæstia ex bonis propriis per sacerdo-
tem, heredibus eius relinquuntur, can. pen-
ult. & fin. cano. 2. q. 4.

mm can. scubi, 6. 12. q. 5.

nn l. hac consultiſſima, §. ac cum humana,
C. qui testamenta facere poss.

oo Velus literarum obligatio, tit. de literarum obligatio. lib. 3. Insti. tit. 22. l. in contrahibus, C. de non numerata pec. & alia, de quibus consule. gloss. ad ca. 1. §. postquam, ad verb. in scriptis, de censib. in Sexto.

CAPUT IIII.

1 A quibus fieri possunt scriptura.

2 De instrumentorum domesticorum fide.

3 De instrumentis publicis ut probent, & a quibus ingrossentur.

4 Aut renouentur.

5 Clerici non possunt esse tabelliones.

6 Probatio ex scripturis lapidum librorum antiquorum archivorum.

1 **A** B omnibus, ꝑ qui nouerint scribere, scripturæ quidem fieri possunt, sed non omnibus fides, nec omnino adhibetur, vel cōtra omnes: & nisi tales sint, quales fidem habere, & quatenus credendum voluit. Sic quilibet tibi quidem conficit scripturam, a aliquando aliis, non sibi, b aliquando aliis & sibi. c

2 Ex quibus instrumenta domestica, ꝑ seu priuata annotatio, rationes priuatae, si aliis quoque adnuculis non adiuuentur contra alios probare nequeunt. d

3 Quæ vero aliis fiunt, ꝑ vel fiunt auctoritate publica, & illæ, inter quos factæ sunt probant. e Item aliæ certi generis, quibus consuetudo vim donat, vt præbent. f Tabellio qui notas accepit instrumentorum ipse per se dum uiuit, debet cōplere, iuxta protocollum sine vlla additione, vel diminutione, nec potest alteri committere. g Post mortē vero eius, auctoritate iudicis, ad petitionem partis, per alium notarium poterunt in formam publicam redigi. h

4 Innouationes autem ꝑ instrumentorum antiquorum, de quibus dubitatur, ne mox vel in posterum legi non possint, literis euanescentibus, aut labentibus, cum auctoritate etiam iudicis ordinati fieri de-

A bent, qui prius diligenter inspicere debet, num illa aliqua in parte fuerint vitiosa, vel per publicam personam iubebit transcribi. i

Clerici sacerdotes ꝑ & monachi in causis profanis & secularibus, non possunt esse notarii, & instrumenta publica tabellionatus expedire. k

B Probatio quoque instrumentorū ꝑ e- ruitur ex libris antiquis diuisionum diceceſon, & ex productis ex archiuo publico, et si scriptionem nō habeant. m Si scriptura quoque reperiat in antiquo vel alio lapide, n dummodo auctoritate publica posita fuerit, quemadmodum olim album proponebatur prætoris. o

SCHOLIA.

a *Vi in testamentis, qua quis ex arbitrio mutare potest, l. rem legatam, de adimen. leg. l. si quis in principio, de leg. 1. tales epistola & similia.*

b *Vi notarius amanuensis iudicum, ca. quoniam contra, de probat.*

c *Sicut cum quis chirographum scribit, apocham, antapocham & similia.*

d *l. instrumenta domestica, §. rationes, 6. l. non epistolis, 13, C. de probation. quemadmodum neque testes domestici probant, l. 2. C. de testibus.*

e *tit. de instrumentorum cautela & fide, in nouell.*

f *cap. cum dilectus, 9. §. fin. de fide instrument.*

g *In nouella de tabellionibus. gloss. fin. ad ca. cum P. tabellio, de fide instrumento. Est & usus, vt ab ipso notario sine auctoritate iudicis instrumenta habeantur, vt notat Orlania. Westrius, libr. 6. introductionis in aula Romana actionem, ca. 1. Hic tamen notandū, quod si creditor habuerit literas obligatorias grossatas, vt dicunt, hoc est in mundū transcriptas & signatas a notario, & eas amiserit, illa non debiant amplius ita facile transcribi vel grossari a notario, & nisi parte vocata, & ex præcepto iudicis.*

H h h h

Litera vero perpetua, ut matrimonii, v̄ditionis, & huiusmodi, possunt regrossari cum causa, si ille, cuius sunt litera, vel ad cuius utilitatem sunt, asserat medio iuramento eas amisisse, & hoc de precepto etiam iudicis, nisi in notula appositum fuerit, quod fiant tot, quot petita erunt, & c. *Massuerius in praxi. lib. 8. de literis notis & notatis, §. 18. Item aduertendum per Cyn. in auth. si quis in aliquo. C. de edendo, Bart. ad l. si quis, de tabulis exhibend. P. l. chirographus, de tabul. exhib. facit l. fin. C. de fide instrument.*

h cap. penultim. de fide instrument. l. contractus, C. eod. tit.

i cap. fin. de fide instrum. & antequam fiat renouatio instrumentorum, precipuum est, ut non dubietur de illorum tenore, quare & solent prius testes adhiberi super illorum integritate, c. cum olim, de priuileg.

k c. sicut te accepimus, §. ne cler. vel monach. secularibus negotiis se immisceant, l. consulta diuina, de testamentis, cum simil.

l c. cum causis, 13. de probat. ca. ad audientiam, de prescript.

m cap. peruenit, 30. q. 1. §. illud, de his, qui ingrediuntur, de appell. in nouell. authen. ad hac, de fide instrument. cap. ex literis, de integritate restitutio.

n Gloss. ad c. cum causam, ad verba, per libros, de prob.

o l. si quis id quod, de iurisd. omn. iud.

C A P. V.

De forma instrumentorum varia
ut probent.

Multa requiri in instrumento authentico publico & probante ex plena fide, annotatur, veluti testium presentiam, sigillum authenticum, b quod habeat characteres apparentes. c Item quod contineat diem & annum, d cum his & in aliis locorum consuetudo erit obseruanda, secundum eam instrumenta probent aut authentica habeantur. e In iudicialibus autem actis expeditis ab amanuense, eius so-

Alius subscriptio & fides sufficit. f Fiunt autem notulae per notarios seu protocolla de his quibus adhibentur, & quibus fides datur, dummodo ibi sint, quae ad grossandum, ut dicunt, sunt necessaria. g Postquam vero tabellio reddidit literas in mundum redactas & signatas, nihil eis debet addere vel minuere, potissimum si fuerint in iudicio productae, praesumeretur enim suspectus, si vellet corrigere dictum suum. Quod si omiserit adicere diem & annum, & constet de nota, poterit addere de precepto iudicis secundum exigentiam negotii. Teneretur tamen tabellio, si quid inter sit partis errorem non fuisse commissum, ei refarcire. h Scriptura porro libelli actionis & accusationis, suas formulas habet substantiales, i de quibus ante dictum fuit. k

S C H O L I A.

a Speculator in tit. de instrum. editione tradit, nouem requiri ad essentiam publici instrumenti, quae enumerat Bar. ad l. si quis, §. anitium, de eden. P. quo loci tamen Bart. sub finem addit, in quaest. quando authenticum dicatur instrumentum, sequendam esse locorum & provinciarum consuetudinem. At in nouella 44. de tabellionibus statuitur, in c. 1. §. 3. ut tabelliones non fingant agritudinem, ut alius complementum committant negotii, sed ipsi contractui intersint a principio usque ad finem, & in ca. 1. eo dicitur, ne prius complementum seu hypothesein adponat, quam perfecte nouerint negotium, de quo agitur. Permittitur autem illis in dict. c. 1. §. 4. per substitutum & adiutorem suum, in sola tamen statione, contractus formare, item & subscribere. In nouell. 73. de instrum. cautela & fide. c. 7. §. 1. iubeturque, ut in protocollo acta describantur cum die & consule, dicta nouell. 44. c. 2. forma porro redigendi instrumenta in mundum, vel describendi, traditur in nouella 47. ut proponatur nomen Imperatoris, & in ca. 2. eius tituli, ut scribantur Latinis literis formatis sine abbreviationibus

scilicet

seu notis aut signis. Statuitur deinceps, ut A
 subscribantur a testibus, antequam di-
 cantur completa documenta, nouell. 73. c.
 3. §. sed & si instrumenta, quamuis acta in-
 dicialia valeant sine testium subscriptione,
 l. 31. C. de donat. Pro subscriptione testium
 habetur in testibus, qui non norint literas,
 signi cuiusdā appositio, quod ipsi recogno-
 scant per se factum in instrumentis, quem-
 admodum & olim signum crucis pro fide
 & subscriptione apponi solitum erat, no-
 uella Iustin. 73. c. 8. nouella Leonis Impe-
 ratoris 72. l. si. §. 2. de iure deliberan. C.
 b cap. 1. de fide instrum. glo. ad l. generali, de
 tabulariis, lib. 10. C. Speculator de instru-
 mentor. editio. §. nunc videndum restat.
 c c. inter dilectos, de fide instrum.
 d dict. cap. inter dilectos, & ca. eam te, de re-
 script. quod aliquando non exigitur in pri-
 uata scriptura, ut in l. cum tabernam, §. 1.
 de pignoribus, & ideo Barto. notat & glos-
 sa, & Cynus ad l. si qua beneficia, de diuer-
 sis rescrip. C.
 e c. cum dilectus, 9. de fide instrument.
 f l. in donat. onibus, C. de donation. ca. quo-
 niam contra, de probat.
 g Cynus ad leg. contractus, de fide instrum.
 Bartol. ad l. admonendi, de iure iurand.
 videndum tamen, cap. inter dilectos, de fi-
 de instrument. notatur, & in cap. post ces-
 sionem, eod. titul. l. si quis decurio, de fals. §. D
 si quis vero, ut nulli indic. liceat habere lo-
 ci seruator. in nouell. Massuer. in practica,
 titul. 18. de literis, notis & notatis. §. 19.
 Item danda est fides, &c. addit & in §.
 20. etiam si nota esset scripta in tabula ce-
 rea, in petra, in gypso, vel litera grossata in
 papyro, ei credendum per Bartolum ad leg.
 qui tabulas, de fur. P. l. in commodato, §.
 sicut commoda.
 h Massuerius inisdem fere verbis in practi-
 ca, titul. 18. de literis & notis, §. 40. Item E
 postquam tabellio, per l. fin. de magistra-
 tibus conuenien. notatur in l. actorum ver-
 ba, de re iud. P. Sed si fuerit litera dupli-
 cata, & alteri parti tradita, notarius, non

debet facere, nec iudex ei precipere, nisi
 parte vocata, ut correctio sit mutua & fal-
 sitas euitetur, argumento l. in causa, §. cau-
 sa cognita, de minorib.
 i c. fi. §. libellorum, 2. quest. 8. l. libellorum,
 de accusatio. P.

CAP. VI.

De instrumentorum productione.

V Traque pars litigantiū etiam post pu-
 blicationem attestationum, vsque ad
 diffinitiuæ sententiæ calculum, instrumen-
 ta exhibere, antequā in causa conclusum
 fuerit, potest, a fit autem illa productio iu-
 dici, corā quo litigatur, & ex causa alibi. b
 Editur & instrumentum interdum, si pro-
 ducenti ita videatur, non in totum, sed in
 tantum quoad causā conuenit. c Quem-
 admodum nec actori reus tenetur instru-
 menta sua cōmunicare, vel in iudicio con-
 tra se proferre, d nisi forsan ea communia
 sint. e Imo & si quæstio sit de priuilegiis,
 iudex non debet ea omnibus manifestare,
 sed in inspectione eorum, duodecim ho-
 minum numero debet esse contentus, &
 restituere producenti. f

SCHOLIA.

a cap. cum dilectus, 9. de fide instrumentor.
 In conclusionem porro causa renuntiatu-
 omnibus allegationibus, & aliis probationi-
 bus, ideo, qui renuntiauit hoc modo, non
 admittitur ad productionem instrumen-
 torum, c. pastoralis, de causa possession. cap.
 auditis, de procuratoribus, & in decis. Ro-
 ta 9. nota postquam, in antiq. dicitur post
 conclusionem causa non recipi probatio-
 nem, etiā per instrumenta, maxime in cau-
 sa profana, ut in d. c. cum dilectus, in cau-
 sa vero beneficiati, secundum aliquos, ad-
 mitti, ut innuit Hostiensis, ad ca. ad petiti-
 onem, de accusatio. c. lator, c. consanguinei,
 de re iudica. quia renuntiatio non est ne-
 cessaria, ut in clem. sape, de verb. signific.
 ut etiam possint recipi testes post conclusio-
 nem. Et in deci. 146. nota quod post ter-

Hbhbh 2

- minum, in antiq. dicitur, quod post terminum ad producendum omnia possunt produci instrumenta, donec dictum fuerit in causa, non autem postea, ut post terminum peremptorium. ca. coram, de integrum restitutio.
- b** ca. accepimus, 4. de fide instrumentor. leg. indices, 17. in fi. C. eod. in loco tamen congruo & securo, dict. c. accepimus, can. hortamur, 3. quest. 9. can. suis, 33. quest. 2. ca. ex parte, de appellatio. ca. accedens, in 2. ut lite non contestata.
- c** cap. contingit, §. de fide instrumento. l. argentarius, §. edi autem, de eden. Pand. lib. 2. tit. 13.
- d** cap. penult. §. qui intendit, 4. quest. 3. ca. 1. de probatio. l. nimis graue. C. de testibus. l. cogi, 11. de petito. hered. C. lib. 3. tit. 3. l. possessiones, de probatio. l. exstat decretum, de iure fisco. P.
- e** c. G. perpetuus, 12. de fide instrum. Sic argentarius & publicus exactor, tenetur contra se instrumenta edere, l. in fraudem, §. ex his bonis, & §. sequen. de iure fisco. rationes quoque communes ita edenda, in l. non est nouum, & l. iustum est. C. de edend. & contra non exhibentem iurari potest in litem, quanti interfit petentis, l. in testamētis, 10. de in litem iuran. libr. 12. Pand. tit. 3.
- f** ca. accepimus, 4. de fide instrum. praxi que est, quod de iure producēs instrumentum, non teneatur aut cogatur dimittere originale authenticum penes curiam vel actuarium eius, sed tantum exemplar, & ut dicunt copiam concordatam cum originali per notarium, secundum Paulum Castrensem in l. fin. C. de fide instrumento. debet tamen aduersarius producta instrumenta in originali ipso seu autographo primo videre, atque ita iudex permittit semel producta instrumenta in originali, reddi producenti, cum cautione, de iterum producendis, si quando iudex exhiberi in beat. Et si quando aduersarius instaret, se velle arguere originale de falso, ut ait Paul. Castren. ad. dict. l. fin. 2. notabili. C. de fide instrumento. Maranta in praxi, part. 6. num. 10. & textus exstat expressus. in leg. cum quidam, 20. C. de fide instrumen. Hic rursus & obseruanda distictio circa redditionem originalium instrumentorū productorum ante rem iudicatam relicto exemplari, quam tradit Speculator in titulo de instrumentorum editione, §. nunc dicemus, nu. 12. aut inquit instrumentum exhibitum, aut scriptura producta pertinent specialiter ad causam illam pendente in iudicio, pro qua exhibitā sunt, quo casu parti petenti non debent reddi, quia originalia debent remanere penes iudicem, ca. quoniam contra, de probatio. ne falsum fabricari possit. Aut est generalis scriptura, seu instrumentum ad alias causas etiam pertinens, & tunc debet originale restitui exemplo vel copia, ut loquuntur, fideliter transcripta & per notariū, seu amanuensem iudicii cum originali collata, apud acta remanente, in qua amanuensis debeat adicere, quod collata cum originali per omnia concordet sua subscriptione ita testatus: quo facto exemplar illud perinde ac originale probat, ut & idem est Speculator, tit. de testamentorum editione, §. ostenso, numer. 32. tractat Alexand. consi. 12. num. 1. incipiente, in causa, volum. 4. Pannonit. ad ca. Albericus, num. 5. de testib. Porro, si pars vel aliter ex litigantibus acta iudicii falsauerit, causa cadere debet, l. in fraude, §. quoniam, de iure fisco. & ibi glossa in verbo cadat. Si vero testes corruerit, aut instrumentum falsauerit, aliter puniendus per l. diuus, de re iudic. P. l. qui nomine, ad leg. Cornel. de fals. tit. si ex falsis instrum. & c. G.

CAPVT VII.

- 1** Effectus, & instrumentorum probatio facilis, & qua sint, que probent & quatenus priuata aut publica.
- 2** Instrumentum pro titulo.
- 3** Antiqui instrumenti fides.

Litera

Literæ quidem per se non obligant, neque perficiuntur negotia scriptura, verum ea ratione scripturæ fiunt, vt facilius, quod actum est, probari possit. *a* Itaque productione seu exhibitione facta instrumentorum, adhibendū erit iudiciū, num ex genere sint scripturarum, quæ fidem & probationem faciant. Resoluendum autem erit in hac re, instrumenta publica solemniter facta adhibitis testibus, & subscriptionibus, probare, *b* atque sententiam **B** super illis vel aliis publicis literis, quamdiu de falso in contrarium non constat, sortiri effectum debere, & defendendam. *c* Probant & alia documenta authentica quamuis publica manu confecta non sint, si testes illis adsint, *d* aut si habeant authenticum sigillum. *e* Priuata quoque ab alterutra partiū facta scriptura, dummodo partium aut testium subscriptione fulciatur, in actione personali probationis vim & **C** robur habet. *f* Si quis tamen habeat instrumentum publicum, ex quo sibi res debitoris hypothecæ nomine fuerit obligata, & alius eiusdem debitoris creditor priuatum, vt dictum est, habeat obligationis instrumentū, præfertur auctoritas publici priuato, nisi & illud priuatum prius factum sit, & habeat triū vel plurium testium subscriptionem, per quam fraus, quæ præsumi posset, facta cōtra publicum elidatur *g* **D** Valent & priuata scripturæ in præiudicium eorum, qui scripserunt sibi, *h* non etiam ad commodum eorundem, & in præiudicium tertii. *i* Habent item auctoritatem probandi sine testibus, quæ exactis publicis prodeunt. *k* Et quæ proferuntur ex archiuo publico. *l* Si tamen cautio, quam quis dicit a se indebite expositam, indeterminate loquatur, aduersarius tenetur probare debitum, quod ea continetur, sed si **E** causam, propter quā huiusmodi scriptura processerit expressa sit in eadem, ei statuitur, nisi ostendatur indebite processisse. *m* Et quamuis scriptura priuata non probet contra alterum, *n* tamen cōtra producen-

Atem fidem facit. *o* Quod si quando instrumentum deperditum fuerit vel consumptum, ex eo adhuc iudicari poterit, & secundum illud, si modo probetur per testes, quod illud viderint sine vitio in forma publica tale quid continens. *p*

Rursum *q* hæc vis instrumenti est acquisitionis rei, vt eius dominium repræsentet & habeat, & sit tanquam titulus: quam obrem & donato traditove instrumento acquisitionis traditæ & donatæ, censentur res in illo acquisite. *g* Caterū instrumentum habens defectū solemnitatis extrinsecæ probat nihilominus, si ab eo, qui potuit opponere, non fuerit obiectus defectus. *r*

Præsumuntur etiam in antiquis *s* instrumentis omnia solēniter acta propter antiquitatem temporum, & difficilē in contrarium probationem. *s*

S C H Ō L I A.

a l. cum res, C. de probatio. l. non figura, de aetio, Pand. can. quanto, 63. distinct. can. nostrates, 30. q. 5.

b vt in cap. cum a nobis, 28. §. nec scriptum, de testibus. l. fin. §. fin. si certum petat. publicam instrumenta perpetua firmitate nituntur, ad damnum & commodum utriusque partis, c. 2. de fide instrumentor. ca. 2. §. 4. dist. ca. si quis de clericis, 12. que. 2. ca. cum pridem, de pactis. Tunc enim complementum accipiunt instrumenta, cum testium adhibetur presentia. Nouella 73. de instrumentorum cautela & fide, c. 5. §. sed etiam. Nam vt in c. 3. eius nouella dicitur, si literarum fides a voce testium discrepet testes præferuntur. facit & l. 15. de fide instrumento. Sed est magna auctoritatis instrumentum insinuatum, nouella 73. c. 3. Notarii seu tabelliones, sunt persone publica seu serui publici. l. 2. de stipulatio. seruorum. P. consueti ad conscribendos & auctorandos publice contractus priuatorum, l. 14. §. 2. de sacrosanct. eccles. l. 17. de fide instrument. l. 1. C. de Ennuchis, l. 1. C. vt

- nemo ad suum patrociniū, &c. & testam-
 entorum scriptores, l. 24. C. de testam.
- c** cap. accepimus, 4. de fide instrumento. l. di-
 uis, de re iudic. falsitate contra probata,
 nullius momenti erit sententia super falsis
 lata, c. nostra, de procuratio. in fine. l. licet,
 C. eod. tit. de procurat.
- d** c. 2. de fide instrument.
- e** dict. c. 2. de fide instrument. c. post cessionem,
 de probat. can. cura, l. 1. q. 3.
- f** §. sed etsi quis, de instrument. caute. & fide **B**
 in nouellis. glossa, ad verbum authentica,
 in capit. 2. de fide instrument. per illum
 textum.
- g** l. scripturas, qui potiores in pignore habeant.
- h** l. generaliter, de non numerat. pecunia. C. l.
 publica. §. fin. deposit.
- i** l. instrumenta, l. rationes. l. exemplo. C. de
 probatio. l. fin. de conuenien. fisci debitori,
 C. libr. 10. ut neque libri mercatorum pro-
 bent pro illis. glossa. ad l. quadam. §. numu-
 larios, de eden. P. ad verb. decurritur, qua
 tamen glossa non tenetur absolute per inter-
 pretes, dicunt enim libros mercatoris semi-
 plene probare in casu, quo qui illos produ-
 cit sit integra opinionis, & sua manu ra-
 tiones scripserit, causa obligationis certa
 appositae & expressae. Item si in iisdem libris
 non solum credita, sed etiam debita data
 & accepta, contineantur, ita ut proferen-
 ti iuramentum suppletorium deferri possit.
Bart. in l. admonendi, numer. 26. & ibi
Iason. numer. 127. & seq. de iureiuran. **Baldus**,
 ad l. 2. numer. 12. de eden. **Guido Papeus**,
 decis. 441. incip. pro declaratione. Collige
 itaque hic requiri, ut mercator sit
 bonae fidei, & solitus sit veritatem scribere,
 l. vniuersorum, de pignor. actione. l. qui
 semissis, §. 1. de usur. Pand. 2. quod ratio-
 nes propria manu scripserit per l. genera-
 liter, C. de non numerat. pecunia. 3. quod
 causa debiti sit expressa, l. cum de indebi-
 to. §. fin. de probatio. Pand. d. l. generaliter,
 4. quod liber hic contineat data & ac-
 cepta, l. publica. §. fin. deposit. Pand. decis.
 capella Tholosa. 496. inter mercatores, est
 etiam consuetudo, ut libri mercatorum
 probent, **Bald.** consi. 198. numer. 3. id ipsum si
 inter illos factum fuerit de hoc statutum,
 de his, quae ad mercaturam pertinent, po-
 test enim consuetudo ex priuata scriptura
 facere publicam, c. cum dilectus, 9. de fide
 instrument.
- k** ca. quoniam contra, de probatio. l. in dona-
 tionibus, 31. de donation. libr. 8. C. tit. 5. 4.
 ubi ratio, quia superfluum est priuatum te-
 stimonium, cum publica monumenta suffi-
 ciant. Et notat ibi glossa, in donationibus,
 quas necessarium non est, actis publicis in-
 sinuari, credi tabellioni sine testibus, ut col-
 ligit ex illa lege, & ex §. si vero neque, de
 instrumento, cautela & fide in nouellis, l. si
 quis decurionum, ad leg. Cornelianam, de
 fals. C. & in §. si vero, de heredib. & **Falc.**
 C. in nouella, dicitur tamen, quod & ser-
 uatur, necessariam quidem non esse testium
 subscriptionem, sed nihilominus eos inter-
 uenire & adesse actui, & notarium eorum
 nomina scribere debere, ut in §. sed instru-
 menta, de instrumento, cautela & fide, in
 nouell. dummodo donator, vel alius pro eo
 voluntatem suam subscripserit, ut dicitur,
 in dicta l. in donationibus, & l. vice, l. do-
 natio, C. de donationibus. l. contractus, C.
 de fide instrum.
- l** au. hen. ad hac, de fide instrum. C. §. illud
 etiam iudicauimus, de his, qui ingrediuntur
 ad appell. in nouell.
- m** Sunt verba. si cautio, 14. de fide instrum.
 & probat. l. generaliter, C. de non nume-
 rat. a pecunia. facit ca. per tuas, de probatio.
 & ibi ratio. potest enim opponi pecunia
 confesse infra biennium exceptio non nu-
 merat. a pecunia, leg. in contractibus, C. de
 non numerat. pecun. & in dote, l. fin. de dot.
 cauta non numerat.
- n** l. instrumenta, cum 2. sequent. C. de pro-
 bationib. nisi habeat subscriptionem trium
 testium, l. scripturas, C. qui prior. in pign.
 habeant, c. 2. de fide instrum. l. penult. C.
 eo. tit. §. si quis igitur, & §. seq. de instrum.
 cautela, in nouell.

vel contra scribentem, vel contra producentem, qui ex eo illam probat. l. Titius, de consui. pecunia. P. l. publicam, depositi. P. l. fin. de lega. 2. qui cum scripturas simpliciter producit, videtur fateri omnia, qua in eis scripta sunt vera esse, etiam qua sibi producenti praeiudicarent, secundum notata per Innocentium, in c. cum olim, in fine, vers. sed dies, de censibus, & in cap. cum venerabilis. num. 4. vers. item licet producent, de exceptio. neo admittit hac confessio reuocationem praeiudicij erroris, potuit enim prauideri, cum confessio hac sit scripta, qua non reuocatur. Panorm. Salii in c. si. de confess. nisi producendo quis protestetur, se instrumentum tantum producere, in quantum facit pro se non aliter, qua protestatio excusat & admittitur de iure, ut notat Barto. ad l. publicam, §. fin. depositi. l. Aurelium, §. penult. de libera. lega. P. Felinus ad c. imputare, de fide instrum.

p cap. cum olim, 12. de priuileg.

q ca. cum pridem, de pact. l. 1. C. de donat. l. qui filium, & l. qui chirographum, de legat. 3. l. feruum filii, §. eum qui chirographum, de leg. 1.

r Et ut pro eo instrumento potest ferri, ca. ea noscitur, de his, qua fiunt a praelatis sine consensu capituli. Dec. consi. 409.

s l. filius familias, C. de petitio. hered. l. qui in aliena, §. sed etsi, de acquirend. heredit. Felinus, in c. sicut, num. 29. de sententiis, & re iudicat. admitteretur tamen probatio, contra hanc praesumptionem: quia ea non est iuris, nec de iure. Cynus ad l. sicutis annis. nu. 4. C. de pact. Decius consi. 409. Alex. consi. 113. num. 4. incipiente, super primo, volum.

CAP. VIII.

t Exceptiones contra scripturas, falsi suspicio. 2. Si tantum exemplar cum distinctione. 3. Iudicis auctoritas vim dat instrumentis & testamentis insinuatis. 4. Testis num contra instrumenti tenorem probent. 5. De contrariis scripturis produ-

ctis. 6. Non probat instrumentum sigillatum nisi legi possit. 7. Nec vi extortum. 8. De locationis instrumento. 9. De pena dicentis & non probantis instrumentum falsum.

PLura tamen tibi obici possunt scripturis & instrumentis, ut fidei & probationi derogetur, veluti, si vitium aliquod eis insit, quod inducat falsi suspicionem, puta ratura, vel superinscriptio in loco suspecto non aliter, aut si quae alia adsint, quae falsi causas arguant. a

Excipitur tibi & de fide si exemplar tantum producat, quod se referat ad illud instrumentum, b nisi forsitan & illud exemplar fuerit transcriptum ab alio notario, & auctoritate iudicis, qui fecit potestatem exemplandi inspecto diligenter, & inuento sine vitio originali, quo casu perinde exemplato, ac originali creditur, c sed etsi tabellio morte praeventus non perfecerit quaedam instrumenta, quae in nota redacta fuerant ab eodem, ad petitionem eorum, ad quos pertinet, auctoritate ordinarii iudicis poterunt in publicam formam redigi, habitura per hoc perpetuam firmitatem. d

Quemadmodum tibi & iudex testamento coram se publicato, addit ei auctoritatem publicam & vim, e & donationibus quoque, quae iure civili scripturam & insinuationem exigunt, f cuius & auctoritatis est testamentum coram principe factum. g Expugnatur etiam instrumentum, si falsum in eo narratum sit. h Quare si instrumentum eiusdem causae, pro parte inueniatur falsum continens, & in omni parte falsum censetur. i Nisi diuersa capita contineat ad diuersa relata, non si accessoria, quae possunt separari, quorum falsitas in vno, ad aliud non extenditur. k Si tamen falsitas in ipso instrumento, ut in scriptura inueniatur in loco suspecto, omnino censetur falsum & reprobatur, nisi erratum esse asseratur, ut dixi. l

Possunt & contra instrumentum testes

quatuor vel quinque probare, quod notarius quædã omisit in eo perscribere, quæ tamen inter contrahentes placuerint, & ita vincunt instrumentum, *m* vt contra, si plus scriptum quam factum sit dicant, *n* eo obseruato, vt plures sint cõtra instrumentum deponentes, quã in instrumento scripti, & honorabiliores, & vt agatur de facto recenti, non de antiquo, in quo magis in instrumento statur. *o*

5 Imputari quoque ei potest, † qui contrarias inter se scripturas in iudicio protulit, si dem sibi inuicem derogantes, cum in ipsius fuerit potestate, quam voluerit, non proferre, sic enim ex contrarietate abrogatur fides instrumentis. *p*

6 Quemadmodum † & in instrumento publico etiam sigillato, si literę illius legi non possint, vt non valeat intelligi, quid in illis scriptum fuerit. *q*

7 Placuit † & vt extorta maxime a clericis instrumenta, nullam vim habere. *r*

Sed neque † instrumentum locationis factum per aliquẽ, probat possessionem, quantum ad extraneos, probat tamen, quantum ad contrahentes pertinet. *s*

9 Obsequabimur autem, † accusantem in iudicio instrumentum tanquam falsum, & non probantem, puniri tanquam falsarium. *t*

S C H O L I A.

a *c. licet, c. ex conscientia, de crimine fals. c. ex literis, cap. inter dilectos, de fide instrumenti. c. cum venerabilis, de religio. domibus. l. fin. §. 1. de edicto D. Adria. tollen. l. penult. C. de testibus.*

b *c. 1. de fide instrumenti, si scripturam, inquit, authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus, auth. si quis in aliquo. C. de eden. l. 2. de fide instrumenti. P.*

c *c. fin. de fide instrumenti. ubi glossa addit, ad verba, publicam personam, quod si persona publica non possit habere ad transcribendum ex originali, possit rescribi per au-*

toritatẽ iudicis, per aliam honestam personam. argum. c. quoniam contra, de proba. ita tamen quod sigillum authenticum apponatur, quod adhibeat fidẽ instrumenti. c. 2. §. c. c. dilectus, de fide instrumenti. index enim curare debet, vt salua sit rerũ probatio. l. current, de testib. in P. facit l. publicati. C. eod. tit. Ceterum hic obseruari debet, transumptum seu exemplar sumi & fieri debere vocatis & citatis, quorum interest, vt adsint, si velint certo die, certo loco, dum exhibebitur instrumentum vel scriptura transcribenda, obiecturi & oppugnaturi, si que habeant, quibus impediant vel improbent, impetranturq; litera compulsoria a iudice contra notarium vel alium habentẽ penes se scripturã transcribendam, vt eam edat, eaq; ratione, quorum interest, citantur, vt veniat, vel ad locum domicilii, si certa persona sint vocanda, in xta c. fi. de eo, qui mittitur in posse. vel per edictum, si incerta sint. Rota decis. 10. in nouis. Tractat de his citationib. ad finem, vidẽdi exemplar fieri, Octauia. Westruus, lib. 6. introductio. in aula Roma. ad hono. c. 1. num. 1. 2. 3. 4. 5. Alioquin, si aduersaria pars nõ fuerit citata aut present, in exemplis istis transcribendis, transcriptum nihil ei officiet. authent. si quis in aliquo. C. de edendo. Guido Paparus decisio. 471. Alexand. consi. 6. col. fi. lib. 4. val. bit tamen contra eum qui uafecerit transcribi. l. chirographum, de administr. tutor. & contra alium producentem, authent. ad hac. de fide instrumenti. C. probat tamen sine citatione exemplum datum ab eo, qui & fecit originale, dicta decisio. Rota 10. in nouis, lafon. & Bart. ad dict. authent. si quis in aliquo, C. de eden. semel enim approbatus notarius reprobari nequit ab eodem, qui approbavit. l. 1. quod quisque iur. P. c. cum P. Tabellio, 15. de fide instrumenti. Tractatur autem nouella, 73. ca. 7. ex persona scribentis, & aliorum quemadmodum mortuo tabellione instrumenti & literarũ eius fiat comparatio, & rursum in

c. 6. ut

- e. 6. ut nota si qua sint in instrumento, diligentissime comparantur inter se, apud iudices, poterit quo fieri comparatio ex solis documentis publice celebratis & publica arca depromtis, non autem ex priuatis, quibus pro se aduersarius utitur, ut habetur in nouella, 49. de his, qui ingrediuntur ad appellationem, cap. 2. ubi & additur committi quoque literarum comparationem hominibus peritis & literatis.
- e l. testam. l. consulta diuialia, l. publicati, C. de testam.
- f l. pen. §. fin. & l. sancimus, C. de donat. l. donationes, quas parentes, de donat. inter vir. & uxor. C.
- g in l. omnium, C. de testam.
- h Illud erit vel per mendacium, vel falsi suggestionem, obreptionem, vel subreptionem, ex quibus corrumpunt rescriptorum & gratiarum scripturae, quae non aliter censentur concessae, quam cum clausula, si preces veritate nitantur, ca. vniuersa, 25. qua. 2. cap. 2. de rescript. l. vniuersa, 7. de diuersis rescriptis. C. l. praescriptionem, & l. etsi legibus, si contrarius vel utilitas publicam. C. l. 1. de natalib. restituendi. distingue tamen, qua sit veritas suppressa, quae expressa fuerit falsitas, & quo animo, iuxta cap. ex parte, de rescrip.
- i In ca. canones, 16. dist. c. pura, 3. q. 9. c. non liceat, de consec. dist. 3. l. eiusdem, de edilitio edito. P. facit ca. si ad sacras, 9. distin. ca. quiescamus, 42. dist.
- k can. qui de mensa, 37. distin. c. si quis, 12. qua. 2. ca. si non sanctificatur, de poenitentia, dist. 4. ca. sunt, 17. q. 4. ca. cum tempore, de arbit. cum similibus citatis a glossa, ad ca. si ad sacras scripturas, 7. ad verba, sic in eis, 9. distin. qua sic distinguit per leg. etiam, §. fin. de minoribus Pandect. & per l. cum actum, de nego. gest. & c. diffinitiva, E 2. q. 6. & melius in l. si ex falsis, 42. de tras. actio. C. libr. 2. tit. 4. ex falsis instrumentis prolata sententia non habet vim rei iudicatae, & si damnatus conqueratur contra illam, de nouo auditur. l. 1. 2. 3. 4. si ex falsis instrumentis, & c. lib. 7. C. tit. 8. notat & glossa ad can. constat. 211. §. fin. 1. q. 1. per illum textum, instrumentum non quoad alia, sed in quo verum est recipiendum. Rursum glossa ad ca. relatum, 14. ad verba, si quid veri, 37. distin. tradit, testes vel instrumenta posse pro parte rata haberi, pro parte non, ut & dixit ad c. si ad sacras, 9. distin. sed illud verum est, quando testis reprobatur ratione persona, & instrumenta ratione ipsorum, non autem si ratione dictorum.
- l In principio huius tituli, ex capit. 2. de fide instrumento. l. 2. eod. tit. P.
- m cap. cum Ioannes heremita, 10. de fide instrument.
- n ca. tertio loco, §. de probat. praefertur viva vox mortuae, ut in §. si vero, de instrumento, cautela & fide.
- o Et has omnes circumstantias discutit glossa ad dictum ca. tertio loco, ad verbum testimonium, & in summa, sine his praualere instrumenta testibus, l. celsus, de probatio. l. cum de indebito, §. fin. eo. l. si alterius, §. 1. in fine, si minor se maiorem dixerit. l. final. C. arbitrium tutela. Admitti autem testes in contrarium, si per viam exceptionis obiciatur instrumento falsitas, ut quod conditio omissa, vel aliud, vel additio facta est praeter dicta, quibus casibus praualent testes, c. ex tenore, de testibus. d. c. Joannes, de fide instrumento. l. optimam. C. de contrahen. vel committen. stipula. At in antiquis, magis credendum est instrumentis, quam testibus, quia memoria hominum labilis, l. peregre, de acquiren. posse. c. vnic. ut ecclesiast. benef. sine diminutio. conferant. Et testes solent fidem suam variare, & scientiam ex temporis diuturnitate. l. 3. §. dua, ad senatus cons. Carbonia. P. l. qui bona, §. si. alias incipiens, l. in cause, de damno infecto. P. Et certe in aliis quoque, nisi magna & iusta causa aliter suadeat, adherendum est instrumentis si a fide dignis tabelionibus facta sint, & careant vicio falsitatis aperto producta, l. fin. C. de edicto diui Ha-

aria tollen. Alioquin nihil posset certum
constitui, & conarentur, qui conuenta &
pacta subuertere uellent, in suas partes tes-
tes trahere & corrumpere, ut contrarium
docerent, atq; etiā testes contra quam scri-
ptum esset illis presentibus, dicentes, nō ca-
reren suspitione falsi & corruptionis ob
mutationē gestorum, fidesque publica no-
tariarum & personarū aliarum publica-
rum, cum maxima reipublica cōurbatio-
ne, in dubiū passim reuocaretur, unde lites
infinite & immortales oriretur, quod quia
nec expedit, ita nec uia facile his aperiretū,
ut nec conceditur probatio contra inuēta-
rium publice factum. l. si. C. arbitrium tu-
tela. Veruntamen, si vnus testis scriptus in
litera seu instrumēto, ei contradicat, facit
eius fidē vacillare, l. 1. in si. quemad. testa.
aperian, secus si non sit in scriptura conten-
tus, aut si dicat, se non recordari, ut nota-
tur in l. in iurandi. de testib. C. c. cum Io-
annes. eo. tit. notat plene Ioannes Faber. ad
l. in exercendis, C. de fide instrum. ubi &
tractat, quot testes requirantur ad repro-
bandum instrumentum. uide Massuer. in
praxi titulo, de literis notis & notatis, §. 48.
itē si vnus. Sustineri tamē debet instru-
mentū ex fide vnus testis, iuncta scriptu-
ra & tabellione, contra duos alios negates.
B c. imputari, 13. de fide instrumēto. sic scri-
ptura in uo directe contraria, sibi inui-
cem fidem abrogant, l. 14. C. de fide instru-
men. c. cum inier R. de election. & contra-
ria allegans, non est audiendus, c. quod au-
tem, 33. q. 7. c. quo iure, 8. dist. c. sollicitudi-
nem, de appell. l. 1. C. de fur. cum siml. Hic
tamen obseruandum pro hoc effectu, ab eo-
dem ambas cōtrarias produci debere scri-
pturas, aliter a diuersis productis contra-
riis, illa potiores, qua maioris erunt aucto-
ritatis, quod relinquitur religioni arbitrii
iudicis. Si etiam diuersa scriptura, aduer-
sarie ad diuersos sensus producantur, non
erit reprobanda productio. cap. nihil est, de
uerb. signifi.

¶ a. inter dilectos, 6. de fide instrumento.

A r can. 1. & can. auctoritatem, 15. q. 8.
s dict. c. inter dilectos, in fin. de fide instrum.
& ibi per Felinum. Rota. decis. 87. nota
quod instrumentum, in antiq.
t l. inuermus, C. de prob. diximus supra, li. 4.
tit. 12. de falsis, & poena falsi. uide si egeas.

DE IURE IURANDO. a TITVLVS XIII.

a Exstat hic titulus, de iure iuran. libr. 2. decreta-
lum, tit. 24. & in Sex. lib. 2. tit. 11. in Clementi.
libr. 2. tit. 9. & libr. 12. P. tit. de iure iurando siue
uoluntario, siue necessario, siue iudiciali. & libr.
4. C. tit. 1. de reb. credit. & iure iurando, & libr.
10. C. tit. 54. de his, qui non impletis stipendii sa-
cramento soluti sunt. & in nouella 48. de iure iu-
rando a moriente prestito, propter mensuram sui
patrimonii. Eo etiam referri debent tituli, de iu-
ram. calum. lib. 2. dec. tit. 7. & lib. 2. Sex. tit. 4. de
iure iur. propter calum. dando. li. 2. C. tit. 59. de his,
qui ingrediuntur ad appellationem, & quando per
scripturā manus propria fiat collatio literarum,
de iure iurando delationis, & ut coniungatur iu-
ri iurando calumnia, nouell. 49. ut litigantes iu-
rent in exordio litis, quia neque promiserint da-
re iudicibus neque dabunt, nouella 124. de iure
iurando mulierum senicarum nouella 51. ne quis
iuret per capillos Dei, 76. ut iurat a bonorum de-
scriptio facta a parente, inter liberos ualeat, no-
uella 48. de iudicibus & ut nullatenus cum iure
iurando eligantur, & 82. nouella. de iuramento
eorum, qui administrationem suscipiunt. 8. No-
uella, de iuratoriis cautionibus, nouell. 53. nouel-
la Leonis 97. ut in contestatione litis & magi-
stratum initio iuret. nouella Leonis, 107. ut
actor ante litem contestationem porrecto libello iu-
dici fidem suam probeat, & nouella 99. ut qui iu-
randum desert, prior de calumnia iuret. Item,
libr. 12. Pand. tit. 3. de in litem iurand. & libr. 5.
C. tit. 53.

CAPVT I.

1 Continuatio. 2 Finitio. 3 Diuisio ge-
neralis. 4 Alia extraiudicialis & iudi-
cialis, & subdivisio extraiudicialis. 5 Iu-
diciale, quid & eius specios. 6 Singula
membra utriusq; subdivisiois explican-
tur. 7 Alia diuisio in simplex & solemne,
credulitatis, iuratoria cautionis.

Q Via iam antea † post generalem de-
probatione tractationem, de speciali,
quæ per testes & instrumēta fit, locuti su-
mus,